

Salutem & Sanitatem, Lras tuas (Carissime Germane) id absq; gaudio  
& uidi, & legi, absolutq; cum graui molestia, quod mi aegritudo tua in-  
cussit, Non cum nescius quam periculose laboraueris, sed restituit te ad uitam  
ineffabilis illa & semper adoranda Trinitas, sis perinde tibi cura, et  
solicitem sequare de. Expugnatio Montij de Mulbronn tibi  
nota est, molum autem arbitror te nescire. Dux de Wirtemberg cum  
exercitu Montio appropinquans, castra sua ponit circa fontem Con-  
uentus, et mox omnes fontes fodere fecit, ut nullam aquam habere possent  
nisi ex fonte infirmaria. Postea fortalicium ligneum circa lapifosam  
constructum, tormentis & bombardis in undiq; circumdatum expugnare  
coeperunt. At illi intus fortiter resistentes, duos optimos inq; bom-  
bardarum de parte Ducis in quibus plurimum confidebat bombardis  
et fortalicio interfecerunt, in nonnullis nobilibus et alijs. Ex hoc  
Dux comatus, maxime ut inditit, et adeo tormentis suis fortalicium  
fregit, ut secunda die expugnatio omnes machinas fortalicij destrue-  
rent. Hi a. qui intus erant cum tanta uim ferre non possent, statim  
lapifosam et fortalicium met accenderunt, et se ad Montium contulerunt.  
Dux a. statim machinas suas ad Montium conuertit, et turre Casp-  
tis partim deiecit, et muro usq; ad turrim lapicidis casso, tecto  
infirmariae penè destructo, tandem septimo die Capitaneus Montij  
cum suis dextras dederunt, quos Dux iuramento prestito prout  
motus est in columnas cum caelis dimisit. Et iam in manibus eius est  
Montium, quod pastores & mulieres et uiri ingrediunt, iamq; pro fa-  
mulo domus abbatialis mulieres ordinatae sunt, O miseriam, et  
accelerata diuina iustitia vindictam. Quera non gentem pro-  
pter locum, sed locum propter gentem elegit Dux. Altero die  
Expugnatio missus est a Duce de Wirtemberg Conuersus Iohannes  
aduocatus noster frater ad Emmingen qui se undiq; in

castrauerat

castrauerant cum eorum Capiteano, viro Auenno & nobili ex Pala-  
tinatu. Idem frater convocatis omnibus austriis, quorum magnus erat nu-  
merus p[ro]mittit, ut & ipsi dextras darent, et in pace Aue[n]i acciperent, alioquin  
si resisterent, omnes morti punituri e[ss]et. His verbis p[ro]p[ri]i pauperes  
contra uoluntate[m] Capiteanei et se et sua in uillagio Aue[n]i tradiderunt,  
cui statim fidelitatis iuramentu[m] p[re]stiterunt, a iuramento Mulbion-  
nen[si] facto nondu[m] absoluti, Bux autem Capiteaneum ex suis nobili-  
bus elegit, & datus sibi ex exercitu militibus curia n[ost]ra & uilla  
p[re]fecit, et pauperes incolumes et absq[ue] dampno euaserunt, et Aue[n]i  
obtemperant. Ante expugnatione[m] monast[er]ij Palatinenses domo[m] hospitum  
cum alijs domibus extra portam incinerauerunt, Curia Elfsingen  
per Elfm Wirttembergenses in puluere[m] cecidit. Hec uilla ues  
exusta sunt, Zeiserwiler, Schutzenigen, Giadelbach, Lammersheim,  
Mülacker, Dornmentz, Weinsch, Soursbling. Ex Enteshem  
præda abacta, pauperes mille quingentos florenos pro incineratione  
dederunt, Lentsingen & Ylingen, mille 300. aureos, Pauperes uni-  
uersi in buschlat & Wiefen 200. aureos, quis intolerabile hoc  
dammu[m] refarcire poterit. Ex Orwiss princeps Palatinus  
omnia uina et frumenta abduxit. Manet Inus n[on] in spira in toto  
pene conuenta, et id pene omnia auapta sunt ibidem, et nemo  
eis orifualia dat. Vale, ex Olmar altera post Geruacij  
anno 1524

Quoi in Paris.